



## **Crisis Theologica**

**Cárdenes, Juan de**

**Sevilla, 1687**

Cap. I. Referuntur propositiones damnatæ, & aliorum placita circa earum intelligentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75689](#)

*Nevo.* iuris, Alexander de Nevo, Præpositus,  
*Præposi-* Henricus, Raynerius, Friburgo, Asten  
*Henric.* fisis, Angelus, Rosella, Sylvester, Tabie-  
*Rayn-r.* na, Armilla, Turrecremata, Gaeta,  
*Friburg.* Gregorius Lopez, Perez, Matienzo, &  
*Asten.* Angel.  
*Angel.* Vgolinus. Et ideo Authores Societa-  
*Rogila* tis stant pro hac sententiâ. Ita vltra  
*Silvestr.* Iabina. Thom. Sanchez, & Enriquez lib. 11.  
*Armillia.* cap. 4. num. 2. Toletus in Sum. lib. 7.  
*Turrecr.* Gaera. cap. 24. num. 2. Tannerus quæst. 6. de  
*Gregori.* Matrim. dub. 3. n. 42. Fagundez in 6.  
*Perez.* Matring. præc. decal. lib. 6. cap. 3. num. 5. Præpo-  
*Matring.* Vgolina. situs quæst. 6. de Matrim. dub. 23. num.  
*Th. Sæb.* 172. Amicus disp. 26. de Matrim. seçt.  
*Enrig.* Tola. 3. n. 36. Dicastillo disp. 9. de Matrim.  
*Tanner.* dub. 2. num. 14. Conink disp. 34. de Sa-  
*Fagund.* cram dub. 1. num. 12. & quam plures  
*Præposi-* alij.  
*Amicus.* Dicastillo.  
*Conink.*

62. Cum ergo hæc sit sententia Sanctorum Patrum, & quam agmine factò secuti sunt Theologi, & iurisprudentes, dicendum est, id esse sufficiens motivum ad damnationem oppositâ doctrinæ. Et authoritas paucorum, qui tenuere oppitam opinionem absque urgenti fundamento, reputari debet levis momenti; ideoque dare non potuit probabilitatem suæ opinioni.

63. Ratio autem, quæ suffragatur communi doctrinæ, est moraliter evidens. Est enim evidenter dissonum rationi invertere ordinem intrinsecum à natura constitutum pro conservatione speciei humanæ: sed qui vtitur copula coniugali propter solam voluptatem, invertit eum ordinem: ergo est dissonum rationi ut copula coniugali propter solam voluptatem, atque adeo peccatum saltet veniale. Minor patet: nam voluptas cōstituta est à natura in ordine ad copulam coniugalem, & procreationem prolis pro conservatione speciei: ergo invertit ordinem naturæ, qui non ordinat voluptatem ad copulam coniugalem, sed potius copulam coniugalem, ad voluptatem capiendā.

64. Confirmatur. Nam omnia delectabilia, quæ in usum hominis veniunt, ordinantur ad aliquam huius, vitæ necessitatem sublevandam, tamquam ad finem; ut loquitur S. Thomas citatus cap. 1. art. 3. quæst. 2. ergo voluptas, quæ intervenit in copula, ordinatur ad necessitatem conservationis speciei tamquam ad finem: ergo pervertit hunc ordinem, qui ordinat copulam ad voluntatem.

65. Et ex his patet ad quintam questionem, an sit peccatum veniale viti copula coniugali, propter finem aliquem matrimonio extraneum? V. g. propter consequendum à coniuge aliquod donum, vel propter aliud commodum. Nam ex dictis patet, si fiat solum propter eum finem, esse culpam saltet veniale; quia deseritur finis intrinsecus eius operationis, & asumitur solus finis extraneus. Id enim rationi dissonat.

### DISERTATIO. VIII.

*An teneamur diligere proximum actu interno, & formaliter; & an possimus præcepto diligendi proximum satisfacere per solos actus externos?*

### CAPUT I.

*Referuntur propositiones damnatae, & aliorum placita circa earum intelligentiam.*

#### NON EGIT SVMMARIO.

<sup>1</sup> **D**icitur ex damanatis propo-  
sitio hæc est: *Non tenemur proximum diligere actu interno, & for-*

*formalata. Vnde cīm est: Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus extēnos. Ex quīrum propositionum damnatio nō habetur, admittere nos debere tam pūd doctrinā certam, præcepto diligendi proximum. Non satisfieri per solos actus extēnos, sed manere obligationem diligendi illum actu dilectionis interno, & formalī.*

*Filguer.* 2. Quā varia sint hominū ingenia, & iudicia, clārē conspiciuntur in eo, quod Filguera in expositione propositionis. 10. pag. 64. citat. P. Suarium pro opinione damnata; Lumbierius vero tom. 3. Sum. in exposit. eiusdem propositionis num. 1802. pag. 1125. eēudem Suarium pro contradictoria opinionis dānatae.

*Suar.* 3. Ut Filguera suadeat, sententiam Suarij esse propositionē damnatam refert verba eiusdem disp. 5. de Charit. Sect. 4.n.4. huius tenoris. *Dico, quod spectat ad exercitium internorum actuum, PER SE non obligari nos ad illum actum eliciendū, in illo SISTENDO, id est, propter amandum tantum, sicut diximus de amore Dei. .... Hinc fit, hunc amorem internum solum cadere in præceptum, vel quando necessarius est ad opus extēnum, & beneficium proximo prestandum, vel ad vitandū odium, & offenditionem proximi.*

## C A P V T. II.

*An vi huius decreti maneat damnata opinio docens, dari obligationem elicidi actum internum, & formalem dilectionis proximi in occasionibus necessariis; non tamen esse obligationem per se, extra occasiones necessitatis proximi?*

## SVMMARIVM.

*Quot questiones discutienda veniunt?*

n. 4.

*Propositio in titulo posita non damnatur expresse. n. 5.*

*Propositio damnata non ponit obligationem per se. n. 6.*

*Propositio, de qua loquimur, & propositio damnata non sunt aequivalentes. n. 7.*

*Propositio, de qua loquimur, non infert propositionem damnatam; & ideo non damnatur virtualiter. n. 8.*

*An sit virtualiter damnata ex eo, quod infertur ex damnata. n. 9 & 10.*

*Alius modus inferendi propositionem damnatam rejecit. n. 11. & 12.*

*Explicatur amplius sententia Suarij. n. 13. & seqq.*

4. **E**X proxime dictis constat Filguera nō putare, eam propositionem, quam docuit P. Suarius, manere damnatam, quia quamvis admittat obligationem elicidi actum internum, & formalem dilectionis proximi, dicit, eam non esse obligationem per se. Circa quam materiam duae quæstiones discutienda veniunt. Prima, an ea opinio illorum Doctorum damnata maneat expresse, aut virtualiter, quam discutiemus primo loco. Secunda, quam in cap.

4. examinabimur, est, quænam sententia sit vera, aut probabilior, an ea, quæ ponit eam obligationem per se; an quæ ponit illam per accidens.

5. Dicendum tamen est primo. Propositionem in fronte huius capit. præfixam, atque adeo opinionem Suarij non subiacere expresse damnationi in hoc decreto contentæ. Probatur primo. Opinio damnata est illa, quæ negat obligationem elicidi actum internum, & formalem dilectionis